



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dies Festos Per Annum

Höger, Franz

Ingolstadij, 1726

VD18 90197097

Festum S. Bartholomæi Apost.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53072)

ita, ut neque Mortis dolores animam à Sponſo ſuo ſeparent. III. *Ex Amore*, quando Amor cauſa eſt mortis, & talis fuit mors B. V.

THESIS XVIII. *Deſiderium habens diſſolvi, & eſſe cum Chriſto*. Philip. 1. v. 23. I. MARIA Moriens exemplum nobis præbet Separationis ab omni re creata, qua nos ad mortem præparare debemus. II. MARIA Triumphans, idæam Gloriæ nobis præbet, ad excitandum deſiderium perpetuum cœleſtis gloriæ. *Bretteville.*

THESIS XIX. Tribus privilegijs mors B. V. à Deo exornata fuit. I. In corruptione Carnis. II. Reſurrectione à morte. III. Exaltatione in cœlo ad Dexteram Filij ſui. *Bretteville.*

FESTUM S. BARTHOLO- MÆI Apoſt.

*Ejus Mæv.
171670.*

THESIS I. *Patimur, ut & conglu-
riſe*

vificemur. Rom. 8. v. 17. S. Bartholomæus Christum imitatur. I. In Martyrij *Universalitate*, quia per eorum corpus dolores se extenderunt. II. In Martyrij *Acerbitate*, qualem sensu in detractioe cutis. III. In Martyrij *diuturnitate*, quia diu excruciatu tandem abscissione capitis finiit. *Vivien in Tertull. Predic.*

THESIS II. *Communicantes Christi Passionibus gaudere.* I. Pet. 4. v. 13. S. Bartholomæus Magistro suo Christo I. Pro Carne sua lacerata obtulit Carnem excoriatam. II. Pro Carne sua crucifixa reddidit Carnem sacrificatam. *Bretteville.*

THESIS III. *Elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominavit.* Luc. 6. v. 13. S. Bartholomæus honorandus. I. Quia *Sanctus*, elegit eum Christus. II. Quia *Apostolus*, Apostolos nominavit. III. Quia *Bartholomæus*, & quidem *Martyr*; Simonem, Philippum, & Bartholomæum. *vide Fullonium in Indice Concionat. fol. 85.*

THESIS IV. *Pellem pro pelle.* Job. 2. v. 4. Qui non habet in ære, luat in

Honorandus.

Satisfactio Deo faciendæ.

in cute. II. Qui non luit in cute, luit in anima. Nos omnes Deo obarati tot beneficijs &c. debemus, quia solvendo in ære non sumus, in proprio corpore aliquid pati.

*Precis
quotidianis.*

THESIS V. *Erat pernoctans in oratione.* Luc. 6. v. 12. Ter quotidie Deo sacrificare debemus, juxta illud: *Manè & Vespere & Meridie* narrabo &c. I. Est igitur Oratio *Matutina* Sacrificium primum. II. Oratio *Vespertina* Sacrificium alterum. III. Oratio *Nocturna* Sacrificium tertium, quia *horrendum est diem sine oratione transigere*, teste Tertulliano.

*Devotio
vera.*

THESIS VI. *Pernoctans in oratione.* Luc. 6. v. 12. Devotionis veræ tres qualitates sunt. I. Constantia. II. Humilis Simplicitas. III. Fœcunditas in Operibus virtutum. *Fullonius in Indice Concionat. fol. 85.*

*Religio
Catholica.*

THESIS VII. *Elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominavit.* Luc. 6. v. 13. Religio Catholica I. Vera est, quia Catholica; à Christo ad nos derivata; Martyrum constantia confirmata; unanimi doctissimorum Virorum

rum consensu approbata. II. Sancta est, quia licentiam peccandi excludit; magnificè de Deo sentit; mirificè Deum honorat; ad Sanctitatem perducit. III. Mirabiliter stabilita, & propagata, nempe Sanctitate primorum Christianorum; Verbi Divini prædicatione; Miraculorum operatione; Speciali Dei Assistentiâ. La Selve Dom. 6. post Epiphan.

THESIS VIII. Elegit Bartholomæum. Luc. 6. v. 14. Apostolus hic primùm crucifixus, deinde excoriatus, denique capite plexus fuit. I. Bona fortuna reliquit, ut Christum sequeretur. II. Bona corporis, ut ipsa cure spoliatus se ejus honori sacrificaret. III. Bona Mentis, ut intellectum & voluntatem propriam Deo immolaret. Crasset in Confid. hoc festo. Sacrificiis.

THESIS IX. Qui vexabantur à Luxuria, Spiritibus immundis, curabantur. Luc. 6. v. 18. Luxuria I. Vitium est, quod Deus omni tempore manifestis Iræ suæ signis persecutus est. II. Vitium est, cujus ne quidem suspicionem in se cadere inter tot falsas accusationes passus est.

est. III. Vitium est, quod Sancti
extraordinario odioaversati sunt. Di-
cton. Apost.

*Commune
vitium.* THESIS X. *Qui vexabantur imo-
mundis Spiritibus.* Luc. 6. v. 18. Im-
puritas I. Vitium est omnis Sexus.
II. Vitium est omnis Ætatis. III. Vi-
tium est omnis Conditionis. *Ibid.*

*Passio pe-
riculosa.* THESIS XI. *Qui vexabantur &c.*
Luc. 6. v. 18. I. Non est passio,
quæ tam facile excitari, & accendi po-
test sicut impura concupiscentia. II.
Sed neque est passio, quæ tam difficul-
ter extinguï valet, sicut impuritas. *I-
bid.*

*Mali effe-
ctus.* THESIS XII. *Qui vexabantur &c.*
Luc. 6. v. 18. I. Impuritas modico
imò brevissimo temporis spatio inge-
ntes progressus facit, ac incrementa ca-
pit. II. Etiam optimè constituta ac
stabilita concutit, & evertit. III.
Quæque priùs in admiratione & æstima-
tione erant, deformat, & detur-
pat. *Ibid.*

*Timendū
omnibus.* THESIS XIII. *Qui vexabantur &c.*
Luc. 6. v. 18. I. Nullum vitium est,
quod hominem ita ad extrema tentan-
da

da adigit, quàm Impuritas. II. Nullum vitium est, quod ita pœnitentes timore relapsûs anxios facit, quàm istud. III. Nullum vitium est, quod ita Fidelitatem Justorum exercet, ac probat, quàm istud. *Id.*

THESIS XIV. *Qui vexabantur &c.*
Luc. 6. v. 18. I. Timendum est, ne minùs quàm satis est, hoc vitium timeatur. II. Erubescendum est, quòd non satis de hoc vicio erubescamus. III. Pœnitendum est, quòd non satis hoc vitium derestemur. *Id. ibid.*



FESTUM SS. ANGELOR. CUSTOD.

THESIS I. *Angeli eorum.* Matth. *Beneficia Angelor.*
18. v. 10. I. Angeli nostri Custodes sunt nostri *in itinere Socij*, quia semper nobis præsentes existunt, atque hinc eorum præsentiâ observare
&